



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 33. Cæsareorum Oratorum postulata ad Legatos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

Sæcul. XV.

A.C 1562.

§. XXXII.

*F dei publicæ deretum promulgatum.**Pallav. c. I. n. 6.* Itaque securitatis literæ hoc modo con-*Raynald. factæ sunt, majoris Ecclesiæ valvis af-**hoc ann. n. 22. & 23. fixæ: postea vero Legatorum cura eo**abibat, ut illarum aprographa ad om-*  
*nium Principum aulas deferrentur, præ-*  
*cipue vero ad Ferrariensem Cardina-*  
*lem Franciæ Legatum ejusmodi diploma*  
*transmittebant unacum duabus epistolis*  
*ad eum datis, in quarum prima Regio*  
*Senatui exhibenda hanc cautionem ty-*  
*pis edendi, eamque per omnes Regni*  
*Provincias divulgandi facultatem pe-*  
*tebant: altera autem epistola erat se-*  
*creta, in qua Legato significabant, in*  
*hoc diplomate studiose Franciæ nomen*  
*fuisse suppressum, ne cum hujus natio-*  
*nis ignominia manifestum fieret, Gal-*  
*liarum Regnum hæresis veneno infe-*  
*ctum esse.*

§. XXXIII.

*Cæsareorum Oratorum postulata ad*  
*Legatos.**Pallav. l. 16. c. I. n. 10.* Postquam Cæsaris Oratores datæ se-*curitatis diploma integra fide tran-*  
*scriptum a Papæ Legatis receperant,*  
*sese oppido contentos exhibebant, si-*  
*mulque eis duos porrigebant libellos,*  
*in*

in quorum primo, ut Synodus publicis Sæc. XVI.  
literis Protestantes Tridentum invitaret,  
postulabant, altero autem petebant, ut  
Germaniæ Clero Patres disciplinæ le-  
ges præscriberent. Verum Legati acce-  
pto utroque libello prius explorabant, an  
Princeps, vel duntaxat privata Orato-  
rum sollicitudo ejusmodi postulata di-  
stasset, mox tamen comperiebant, quod  
Cæsar nonnisi alteram petitionem pro-  
poni jussisset: quapropter ita responde-  
rant: „cum Synodi dignitate, ut Pro-  
testantes ad eam denuo invitentur, con-  
ciliari haud potest, & quidem ex iis-  
dem omnino rationibus, quæ olim  
Paulum III. ad denegandum hoc ob-  
sequii genus inducebant, idque nunc  
eo magis, cum Nuntii, per quos Pius  
IV. Protestantes ad Synodum invitare  
non sine magnis sumptibus nitebatur,  
a multis indigne fuissent excepti, at-  
que a cunctis sine contemptu, ac  
contumelia repulsam tulissent: si ita-  
que Synodus suo nomine rursus Pro-  
testantes invitaret, occasionem illis  
porrigeret potius ad obfirmandam eo-  
rum petulantiam, quam ad amplexan-  
dam pœnitentiam: de cetero, si Cæ-  
sar id petit, temporumque conditioni  
consentaneum existimat, nos omnem  
operam dabimus, ut Cæsaris deside-  
rio pro viribus satisfiat. Paucis post

die-

Cc 4

**Sæcul. XVI.**  
A.C. 1562

**Lit. Legat.**  
*ad Borr.*  
*26. Mart.*

diebus Legati Commendonum, qui nuper a longo suo per Germaniam, & Belgium itinere reversus erat, ad Imperatorem ablegare decreverant, ut illum de Synodi negotiis certiorem redderet, ejusque mentem desuper exploraret: priusquam vero hoc consilium in opus ducerent, rem ad Cardinalem Borromæum perscribant, qui illis respondit, quod hæc legatio Cæsari minus probetur; cum non modo variis suspicionibus, sed etiam multis difficultatibus obnoxia evaderet, consultiusque esset, totius rei curam relinquere Delphino, qui apud Cæsarem tanquam Papæ Nuntius agebat.

### §. XXXIV.

#### *Reformationis articuli ad examinandum propositi.*

**Acta Conc.**  
*Trid.*  
**Astulph. ser-**  
**vant M. S.**  
**Franc. Card.**  
**sign. num.**  
**1109. p. 34.**

**A**d alterum caput, quo Cæsarei Oratores pro Germaniæ Clero disciplinæ leges statui petebant, hæc responderunt Legati: „Cum in Concilio præter oratores Cæsareos nullus earum Regionum Præful, nullus Orator, aut Procurator adsit, haudvidetur, quo pacto, aut agitari res posset cum plena rerum notitia, aut stabiliri cum certa Satisfactionis spe illorum, quorum interest: si vero Germaniæ Prælati advenerint, successu temporis etiam huic